



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum liceat aliquem hominem incarcerare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

enim numeratis scilicet homicidio, mutilatione, verberatione, & incarceratione, omiserit verberationem, praesertim cum nec ad membrum reducatur, ut patet ex eo, quod vulnerans nulli est sententia obnoxius: nec ad verberationem, ut patet ex eo, quod non licet patri mulierem suam, cui tamen licet verberare eundem.

¶ Ad hoc dicitur, quod verberatio, ut distinguitur contra occisionem, & mutilationem, ad verberationem reducitur. Verberatio enim vulnera inferunt: non continuitatem carnis solvant, in qua dissolutione vitium consistit. Nec obstat quod patres non possunt vulnerare filios: quoniam hoc de perfectis vulneribus intelligitur, ad quae non extendi potestatem, sed politiam potestatem, ut in illis & instrumentis patet. Pater namque manu, flagello, virga, aut etiam fuso caedit: in dextera vero linguam vulnerat. &c. Non fecit autem auctor specialem articulum de vulneratione, quia non est simplex iniuria, habens propriam difficultatem. Habet namque in primis vitium idem oppositum: opponitur enim communitati carnis, quae cum unum communitatem sentibilibus scilicet quidem, vel delectationem sensus fractae, cui opponitur, ut verbo: non. Et deinde effectus verberationis quando amor est, unde nec censere videtur a verberatione, sed significare excellentiam eius: nihil namque refert ferro, vel ligno vulnus infligere &c. Eadem demum ratione licite, vel illicite sit, quia maior vel minor verberatio licita vel illicita est. Unde & patris iniuria dicitur in 2. articulo, immo terata verberatio. Nec tamen silentio praetermittitur auctor vulnera, sed ea comprehensit, subdens illa verba in littera, ar. Vel quodlibet sensum doctore auctens.

cundiam prouocare filios vestros. & infra subdit, Et vos Domini ea dem facite seruis, remittentes minas: sed propter verbera aliqui ad iracundiam prouocantur, & sunt etiam minis grauiora. ergo neque patres filios, neque domini seruos debent verberare.

¶ 2. Praet. Philosophus dicit in 10. Eth. quod sermo paternus habet solum admonitionem, non autem coactionem: sed quaedam coactio est per verbera. ergo parentibus non licet filios verberare.

¶ 3. Praet. Vnicuique licet alteri disciplinam impedire: hoc enim pertinet ad elemosynas spirituales, ut supra dictum est. Si ergo parentibus licet propter disciplinam filios verberare, pari ratione cuiuslibet licebit quemlibet verberare, quod patet esse falsum. ergo & primum.

SED CONTRA est, quod dicitur Prover. 13. Qui parcat virga, odit filium suum, & infra 23. Non solum trahere a puero disciplinam: si enim percussis eum virga, non morietur. Tu virga percussus es, & animam eius de inferno libera bis. & Eccl. 33. dicitur. Seruo ma leuolo tortura & compedes.

RESPON. Dicendum, quod per verberationem nocuum quoddam infertur corpori eius, qui verberatur, aliter tamen quam in mutilatione. Nam mutilatio tollit corporis integritatem, verberatio vero tantummodo afficit sensum dolore: unde multo minus nocuum est, quam mutilatio membri. Nocuum est autem inferre alicui non licet, nisi per modum poenae propter iustitiam. Nullus autem iuste punit aliquem, nisi sit eius iurisdictioni subiectus: & ideo verberare aliquem non licet, nisi habenti potestatem aliquam super illum, qui verberatur licite. Et quia filius subditur potestati patris, & seruis potestati domini, licite potest verberare pater filium, & dominus seruum causa correctionis, & disciplinae.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cum ira sit appetitus vindictae, praecipue concitatur ira, cum aliquis se reputat laesum iniuste, ut patet per Philosophum in 2. Rhetoricae. Et ideo per hoc, quod patribus interdicitur, ne filios ad iracundiam prouocent, non prohibetur quin filios verberent causa disciplinae, sed quod non immoderate eos affligant verberibus. Quod vero indicitur dominis, quod remittant seruis minas, potest dupliciter intelligi. Vno modo, ut remissis minis vtantur, quae

pertinet ad moderationem disciplinae. Alio modo, ut aliquis non semper impleat quod communitus est, quod pertinet ad hoc, quod iudicium quo quis comminatus est poenam, quandoque per remissionis misericordiam temperetur.

AD SECUNDUM dicendum, quod maior potestas maiorem debet habere coactionem. Sicut autem ciuitas est perfecta communitas, ita princeps ciuitatis habet perfectam potestatem coercendi: & ideo potest infligere poenas irreparabiles scilicet occisionis, vel mutilationis. Pater autem, & dominus, qui praesunt familiae domesticae, quae est imperfecta communitas, habent imperfectam potestatem coercendi secundum leuiiores poenas, quae non inferunt irreparabile nocuum: & huiusmodi est verberatio.

AD TERTIUM dicendum, quod exhibere disciplinam volenti, cuiuslibet licet: sed disciplinam nolenti adhibere, est solum eius, cui alterius cura committitur. Et ad hoc pertinet aliquem verberibus castigare.

ARTICVLVS III.

Utrum liceat aliquem hominem incarceratione.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod non liceat aliquem hominem incarceratione. Actus enim est malus ex genere, qui cadit supra indebitam materiam, ut supra dictum est: sed homo habens naturalem arbitrii libertatem, est indebita materia incarcerationis, quae libertati repugnat. ergo illicitum est aliquem incarceratione.

¶ 2. Praet. Humana iustitia regulari debet ex diuina: sed sicut dicitur Eccl. 15. Deus reliquit hominem in manu consilij sui. ergo videtur quod non est aliquis coercendus vinculis, vel carcere.

¶ 3. Praet. Nullus est coercendus nisi ab opere malo, a quo quislibet potest alium licite impedire. Si ergo incarceratione aliquem esset licitum ad hoc, quod cohiberetur a malo, cuiuslibet esset licitum aliquem incarceratione. quod patet esse falsum. ergo & primum.

SED CONTRA est, quod Leui. 24. legitur, quendam missum fuisse in carcere, propter peccatum blasphemiae.

RESPON. Dicendum, quod in bonis corporis tria per ordinem considerantur. Primo quidem integritas corporalis substantiae, cui detrimentum affertur per occisionem, vel mutilationem. Secundo, delectatio, vel sensus sensus, cui opponitur verberatio, vel quodlibet sensus dolore afficiens. Tertio, motus & usus membrorum, qui impeditur per ligationem, vel incarcerationem, seu quancumque detentionem. Et ideo incarceratione aliquem, vel qualitercunque detinere, est illicitum, nisi fiat secundum ordinem iustitiae, aut in poenam, aut ad cautelam alicuius mali vitandi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod homo qui abutitur potestate sibi data, meretur eam amittere: & ideo homini, qui peccando abusus est libero vsu suorum membrorum, conueniens est incarcerationis materia.

AD SECUNDUM dicendum, quod Deus quandoque secundum ordinem suae sapientiae peccatores cohibet, ne possint peccatum implere, secundum illud Iob. 5. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quod ceperant: quandoque vero eos permittit, quod voluerint agere. Et similiter secundum humanam iustitiam non pro qualibet culpa homines incarcerationantur, sed pro aliquibus.

AD TERTIUM dicendum, quod detinere hominem ad horam ab aliquo opere illicito statim peccando, cuiuslibet licet, sicut cum aliquis detinet aliquem ne se percipiat, vel ne alium feriat: sed simpliciter aliquem detinere, vel ligare, ad eum solum pertinet, qui habet disponere

1. a. q. 18. ar. 1. 2.

uniuersaliter

¶ Super Questionis sexagesime quinte articulum quartum.

In ar. 4. eiusdem q. 65. aduerte Nominie tria. Primo, quod nomine persone alius conuincta significatur filius, pater, mater, agnatus, amicus, tutor, custos, iuris, famulus, & huiusmodi. Importatur enim his nominibus relatio spectans ad conuinctionem cum alio. Videtur autem, pupillus, & huiusmodi, important personas separatas ab aliis, ut patet.

¶ Secundo, quod conuinctio cum aliis non uariat speciem iniurie, sed aggrauat ipsam. Non enim occisio sortis, qui non est filius, alterius est speciei ab occisione eiusdem, si filius esset: sed est alterius gradus, ut in littera dicitur. Et ratio est, quia unum, & multa non uariant speciem.

¶ Tertio, quod hic non est sermo de personis conuinctis nobis, qui facimus iniuriam, puta, de patre meo, principe meo, fratre meo, & huiusmodi. De his enim nihil in littera dicitur, forte quia primo tractandum est de differenti debito, quod illis debemus, ut ex illius diuersitate, cognoscamus diuersitatem iniuriam erga eisdem eam factam, quam uerbo &c.

¶ At si non uis hac spectare, scito quod omnis diuersitas conuinctionis mei ad aliquos, penes quam diuersificantur partes iusticie, ut pietas, obseruantia, & huiusmodi, uariat specie dictarum iniuriarum: ita quod homicidium in alia trahitur speciem, si proprium occidam parentem: in aliam, si proprium principem, & simile est de mutilatione, & aliis distis. Et ratio est, quia non solum fit contra communitatem iusticiam auferendo uitam, sed fit contra pietatem, uel obseruantiam &c. ut inferius post discussas iniuriarum singulas spe-

uniuersaliter de actibus, & vita alterius: quia per hoc impeditur non solum a malis faciendis, sed etiam a bonis agendis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum peccatum aggrauetur ex hoc, quod predicta iniuria inferuntur in personas alijs conuinctas.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod peccatum non aggrauetur ex hoc, quod predicta iniuria inferuntur in personas alijs conuinctas. Huiusmodi enim iniuria habet rationem peccati, prout nocuumt alicui inferitur contra eius voluntatem: sed magis est contra hominis voluntatem malum, quod in propriam personam inferitur, quam quod inferitur in personam conuinctam. ergo iniuria illata in personam conuinctam est minor.

¶ 2 Præ. In sacra scriptura precipue reprehenduntur qui pupillis & uidijs iniurias inferunt. unde dicitur Ecclesiast. 35. Non despiciet preces pupilli, nec uiduam, si effundat loquelam gemitus: sed uidua, & pupillus non sunt persona alijs conuincta. ergo ex hoc, quod inferitur iniuria personis conuinctis, non aggrauatur peccatum.

¶ 3 Præ. Persona conuincta habet propriam voluntatem, sicut & principalis persona. Potest enim aliquid ei esse uoluntarium, quod est contra uoluntatem principalis personae, ut patet in adulterio, quod placet uxori, & displicet uiro: sed huiusmodi iniuria habet rationem peccati, prout consistunt in uoluntaria committatione ergo huiusmodi iniusticia minus habent de ratione peccati.

SED CONTRA est, quod Deut. 28. ad quandam exaggerationem dicitur, Filij tui, & filia tua tradentur alteri populo uidentibus oculis tuis.

RESPON. Dicendum, quod quanto aliqua iniuria in plures redundat, ceteris paribus, tanto grauius est peccatum: & inde est, quod grauius est peccatum si aliquis percutiat principem, quam personam priuatam, quia redundat in iniuriam totius multitudinis, ut supra dictum est. Cum autem inferitur iniuria in aliquam personam conuinctam alteri qualitercunque, illa iniuria pertinet ad duas personas: & ideo ceteris paribus ex hoc ipso aggrauatur peccatum. Potest tamen contingere, quod secundum aliquas cir-

constantias sit grauius peccatum, quod fit contra personam nulli conuinctam uel propter dignitatem personae, uel propter magnitudinem nocuumt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod iniuria illata in personam conuinctam minus est nociua personae, cui coniungitur, quam si in ipsam immediate inferretur, & ex hac parte est minus peccatum: sed hoc totum quod pertinet ad iniuriam personae, cui coniungitur, superadditur peccato, quod aliquis incurrit ex eo, quod aliam personam secundum se laedit.

AD SECUNDVM dicendum, quod iniuria illata in uiduas, & pupillos magis exaggeratur, si quia magis opponuntur misericordiae: tum quia idem nocuumtum huiusmodi personis inflictum, est eis grauius, quia non habent releuantem.

AD TERTIVM dicendum, quod per hoc, quod uxor uoluntarie consentit in adulterium, minoratur quidem peccatum, & iniuria ex parte ipsius mulieris: grauius enim esset si adulter uolenter eam opprimeret. Non tamen propter hoc tollitur iniuria ex parte uiri: quia uxor non habet potestatem sui corporis, sed uir, ut dicitur 1. ad Corinth. 7. & eadem ratio est de similibus. De adulterio tamen, quia non solum iniusticia, sed etiam castitati opponitur, erit locus infra agendi in tractatu de temperantia.

QVAESTIO LXVI.

¶ De peccatis iusticie oppositis, in nouem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de peccatis iusticie oppositis, per quae iniusticia nocuumtum proximo inferuntur, scilicet, de furto & rapina.

ET circa hoc quaruntur nouem.

¶ Primo, Vtrum naturalis sit homini possessio exteriorum rerum.

¶ Secundo, Vtrum licitum sit, quod aliquis rem aliquam possideat quasi propriam.

¶ Tertio, Vtrum furtum sit contra acceptio rei alienae.

¶ Quarto, Vtrum rapina sit peccatum rensa furto.

¶ Quinto, Vtrum omne furtum sit peccatum mortale.

¶ Sexto, Vtrum furtum sit peccatum mortale.

¶ Septimo, Vtrum liceat furari in necessitate.

¶ Octauo, Vtrum omnis rapina sit peccatum mortale.

¶ Nono, Vtrum rapina sit grauius peccatum furtum.

1. 2. q. 73. ar. 9.

Vtrum naturalis sit homini possessio exteriorum rerum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q non naturalis homini possessio exteriorum rerum. Nullus debet sibi attribueri quod Dei est: sed dominium omnium creaturarum est proprium Dei, secundum illud Psal. 23. Domini est terra &c. ergo non est naturalis homini possessio rerum exteriorum. ¶ 2. Præ. * Basilus exponens verbū dicitis dicitis, Luc. 12. Cogregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, dicit. Die mihi quæ tuæ? unde ea sumens in vitam tulisti? sed illa quæ homo possidet naturaliter potest aliquis conuenienter dicere esse sua: ergo homo non possidet naturaliter exteriora bona. ¶ 3. Præ. Sicut Ambrosius dicit in lib. de Trinitate. Dominus nomen est potestatis: sed homo non habet potestatem super res exteriores: nihil enim potest creaturam naturam immutare, ergo possessio exteriorum rerum non est homini naturalis.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. Omnia subiecit sub pedibus eius, scilicet hominis.

RESPOND. Dicendum, quod res exterior potest dupliciter considerari. Vno modo, quantum ad eius naturam, quæ non subiacet humanæ potestati, sed solum diuinæ, cui omnia ad primum obediunt. Alio modo, quantum ad usum ipsius rei, & sic habet homo naturale dominium exteriorum rerum: quia per rationem & voluntatem potest uti rebus exterioribus ad suam utilitatem, quasi propter se factis. Semper enim imperfectiora sunt potestati perfectiora, ut supra habitū est. Et ex hac ratione Philo. probat in 1. Politic. possessio rerum exteriorum est homini naturalis. Hoc autem naturale dominium super ceteras creaturas, quod competit homini secundum rationem, in qua imago Dei consistit, manifestatur in ipsa hominis creatione, Gene. 1. vbi dicitur. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris &c.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Deus habet principale dominium omnium rerum. Et ipse secundum suam prouidentiam ordinauit quasdam res ad corporalem hominis sustentationem: & propter hoc homo habet naturale rerum dominium quantum ad potestatem utendi ipsis.

AD SECUNDVM dicendum, quod diues ille reprehenditur ex hoc, quod putabat exteriora bona esse principaliter sua, quasi non accepisset ea ab alio, scilicet a Deo.

AD TERTIYM dicendum, quod illa ratio procedit de dominio exteriorum rerum quantum ad naturas ipsarum: quod quidem dominium solum Deo conuenit, ut dictum est.

ARTICVLVS II.

Vtrum liceat alicui rem aliquam, quasi propriam, possidere.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod non liceat alicui rem aliquam, quasi propriam, possidere. Omne enim quod est contra ius naturale, est illicitum: sed secundum ius naturale omnia sunt communia, cui quidem communitati contrariatur proprietas possessionum, ergo illicitum est cui libet homini appropriare sibi aliquam rem exteriorem. ¶ 2. Præ. * Basilus dicit exponens

A prædictum uerbum dicitur. Sicut qui præueniens spectacula prohiberet aduenientes, appropriando sibi, quod ad communem uerum ordinatur: similes sunt diuites qui communia, quæ preoccupauerunt, estimant sua esse: sed illicitum est præcludere uiam alijs ad potendum communibus bonis, ergo illicitum est appropriare sibi aliquam rem communem. ¶ 3. Præ. * Ambr. dicit, & habetur in Decretis dist. 47. c. Sicut hi. Propter nemo dicat, quod est commune: appellat autem communes res exteriores, sicut patet ex his quæ præmittit, ergo uidetur illicitum esse, quod aliquis appropriet sibi aliquam rem exteriorem.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de hæresibus. Apostolici dicuntur, qui se hoc nomine arrogantissime uocauerunt, eo quod in suam communionem non acciperent uidentes coniugibus, & res proprias possidentes, quales habet catholica Ecclesia, & monachos, & clericos plurimos: sed isti heretici sunt, quia se ab Ecclesia separantes, nullam spem putant eos habere, qui utuntur his rebus, quibus ipsi carerent. Est ergo erroneū dicere, quod non liceat homini propria possidere.

RESPOND. Dicendum, quod circa rem exteriorem duo cōpetunt homini, quorum unum est potestas procurandi & dispēlandi: & quantum ad hoc licitum est, quod homo propria possideat. Et est etiam necessarium ad humanam uitam propter tria. Primo quidem, quia magis sollicitus est unusquisque ad procurandum aliquid, quod sibi soli cōpetit, quā id quod cōe omnium, uel multorum: quia unusquisque labor fugiens, relinquit alteri id, quod pertinet ad commune, sicut accidit in multitudine ministrorum. Alio modo, quia ordinatius res humanæ tractantur, si singulis imminet propria cura alicuius rei procuranda: esset autem confusio, si quilibet indistincte qualibet procuraret. Tertio, quia per hoc magis pacificus status hominum conseruatur, dum unusquisque res sua cōtētus est. Vnde uidemus quod inter eos qui communiter, & ex diuiso aliquid possident, frequētius irurgia oriuntur. Aliud uero quod competit homini circa res exteriores, est usus ipsarum. Et quantum ad hoc non debet homo habere res exteriores ut proprias, sed ut communes, ut si de facili aliquis eas cōmunicet in necessitatibus aliorum. Vnde Apo. dicit 1. ad Tim. ult. Diuitibus hu-

est de quo Ambr. dicit. Plus quam iusticiam iungit, uolenter obtentum est, hoc est, quod nemo propriū dicere debet, quod ad usum, quia, quod ad uerum commune est. Et ut conuenit in extrema necessitate, nature superfluum cōmunicent, quoniam eisur commune debitum est. Et nihilominus conuenit, ut etiam extra hos casus facili tribuat necessitatem patientibus: quoniam tota summa Christianæ uitæ in misericordia posita est. Sic enim & possessores bonæ dispensationis merentur, & pauperes patientie coronam habent absque iniqua iniquitate rerum exteriorum.

In eodem articulo in responsione ad primum nota, quod communitatem rerum esse de iure nature quod ad usum, potest dupliciter intelligi scilicet posititue, & negatiue. Et si intelligatur posititue, est ientis, quod ius naturale dicitur, quod omnia sine cōmuni: si uero intelligatur negatiue, est ientis, quod ius naturale non inhiat proprietates rerū. Et in utroque sensu propositio est uera, si sane intelligatur. In primo quidem, si posititue, uerificatur in casu, si extrema necessitas. Quando n. aliquis est in extrema necessitate, potest undecumque sibi occurrere, sibi uel alteri humani modi subuenire: nec tenetur ad restitutionem: quia sua tunc nature iure reus est. In secundo uero, si negatiue, uerificatur absolute.

Nam extra casus loquendo, ius nature non statuit omnia esse communia, ut patet ex eo, quod non liceret regulariter habere proprium: sed non facit aliquid esse propriū alicui, & aliud alteri. Et quoniam semoliter est de communitate, & proprietate absolute, & non in casu: ideo in litera negatur sentus affirmatiuus, & conceditur negatiuus. ¶ In eodem articulo etiam in responsione ad

In serm. 81. to. 3. Et habetur dist. 47. c. Sicut hi.

Ca. 40. cō. 6.

Capit. Quæstionis secunde super hunc articulum secundum.